



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 91. Franciæ Regis, atque Octavii epistola ad Papam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

ditum millia, quæ ab ipso Rege aleren- Sæcul. XVI.
A.C. 1551.
tur, ab eoque imperia acciperent, dex-
tre in urbem fuissent immissa. Ea res
Papam summo afficiebat dolore, eo-
quod a Duce non modo hac de re nul-
latenus certior fuisset factus, sed insu-
per haud immerito vereretur, ne Cæ-
sar de ipso suspicionem conciperet, quod
illum deciperet, ac clandestina cum O-
ctavio soveret consilia: cum vero sibi
par cum Clemente VII. fatum, atque
infortunium brevi imminere pertimesce-
ret, eoquod Cæsari illudere, datam-
que ei fidem violare crederetur, hinc
literas minis plenas ad Franciæ Regem,
atque Octavium perscribens eisdem ex-
probrat, quod Papa inconsulto ambo ur-
bem Sedis Apostolicæ Imperio obnoxiam
Gallorum præsidio munire attentassent:
quinimo ipsius indignatio eo processerat,
ut etiam Legatum suum, quem in Gal-
liis habebat, nulla mora e Regno ex-
cedere juberet, si Rex præsidium re-
vocare recusaret.

§. XCI.

Franciæ Regis, atque Octavii epi- stolæ ad Papam.

Attamen Galliarum Rex Pontifici hœc *Sleid. l. 22.*
respondit: „Octavio ea, quæ a me p. 81x.
„ efflagitavit, concessi, atque in hoc
Hist. Eccles. Tom. XL. U „ me

Sæcul. XVI., me Sanctitati vestræ injuriam adeo non
 A.C. 1551 fecisse arbitror, ut potius Ecclesiæ
 obsequium præstissem censem; illis
 enim suppeditis, quas Duci adduxe-
 ram, Cæsar is Parmam eripere mo-
 lientis consilia jamjam everti: nec
 cum Octavio alias foederis conditio-
 nes inivi, nisi ut ei præfidiarios mi-
 lites subministrarem, eosque ære meo
 alerem, ut ipse urbem suam tueri,
 sibiique vindicare posset, quocirca fat-
 mirum mihi accidit, quod a Sancti-
 tate sua reprehensionem promeritus
 videar, cum tamen potius gratiarum
 actione honorari sperassem. „ His
 insuper Rex in sua epistola addidit, sibi
 ab Octavio Duce fidem fuisse datam,
 quod ex obtenta Pontificis licentia ad
 Gallorum auxilia confugisset.

Pariter Octavius Dux ad Julium Pa-
 pam literas perscripsit hujus tenoris:
 „ Implorato Galliarum Regis auxilio
 tam alienus fui ab omni Sanctitatem
 suam offendendi voluntate, ut econ-
 tra rem eidem summopere gratam
 me facturum existimaverim, eoquod
 de Franciæ Regis præsidio mihi pro-
 spiciens nil aliud intenderim, quam
 urbem meam tueri adversus aperta
 consilia, atque infidias, quas mihi
 Cæsar is Ministri manifeste struebant.
 Aliunde Sanctitas sua in memoriam

„ reæ.

revocet, quod inter arcta prehensus Sæcul. XVI.
A.C. 1551.
 ab illa opem petierim, nullum aliud
 tamen tulerim responsum, nisi quod
 nullum mihi auxilium ferre posset;
 præterea cum rursus frater meus ve-
 hementius instaret, ac sciscitaretur,
 an Sanctitas sua haud indigne ferret,
 si alterius cujusdam Principis opem
 exorarem? Sanctitas vestra hæc re-
 spondit: *Ottavius meliori, qua poter-
 rit ratione, sibi consulat.* Hac itaque
 concessione usus me in Franciæ tute-
 lam recepi, proin nullam reprehен-
 sionem promererri videor; cuilibet e-
 nim militi, si ei æs militare a suo
 proprio Principe non numeratur, ab
 eoque alterius Principis vexilla se-
 quendi licentiam obtinuit, cujuscun-
 que Domini signis fese adscribere in-
 tegrum est. „ Hoc Ducis responsum
 muniebant insuper rationes, quas Le-
 gati, Farnesius, necnon Cardinales na-
 tione Galli summo Pontifici propone-
 bant. Verum Papa constanter perne-
 gabat, quod vel unquam ejusmodi li-
 centiam Duci dedisset (*).

U 2

§. XCII.

(*) Observandum venit, quod Continua-
 tor Galliarum Regis epistolam, quam Sleida-
 nus ab eo allegatus recitat, verbis longe aliis
 hoc retulerit, illam vero Octavii mere ex ce-
 rebro